1530.

# Sigismundus I. Rex Poloniae.

## Summo Pontifici.

Sanctissime et Beatissime Pater. etc.

Post humilem mei regnique et Dominiorum meorum commendationem et oscula pedum beatorum.

116

Magno cum dolore et verborum querimonia detulit nuper ad me abbas Lublinensis, se et fratres suos injuste isthic accusatos esse ob res quasdam parvi momenti evocatos esse è regno meo ad judicium Sacrosanctae Sedis Vestrae Sanctitatis per Matheum loci praenominati Lublinensis et Czerwinensis plebanum, quae quidem res quia et propter loci longiquitatem et propter infesta ubique itinera non potest esse Abbati nisi molesta et ad praestandum difficilis Sanctitati Vestrae supplico, ut hanc eius causam ad regnum meum remitti jubere dignetur, et illius cognitionem Reverendissimo domino Archiepiscopo Gnesnensi, ut hic sine multa molestia et non necessarijs sumptibus accusatori respondere, seque et conventum justificare, atque in otio sicut eum decet, cum fratribus suis, justa Domino Deo sacrificia facere possit, ego vero eam clementiam Sanctitati Vestrae, una cum praedicto Abbate diligentissimis officijs perpetuo bene mereri curabo. Cui me rursus, et regnum cum caeteris subditis meis suppliciter commendo,

commendo, et sanctitatem Vestram sanam salvam et felicissimam esse semper vehementer cupio, et opto. Datiam Ed.